

Q.F.F.



F.Q.S.

SUMMIS AUSPICIIS SERENISSIMAE REI PUBLICAE POLONORUM  
NOS  
UNIVERSITATIS STUDIORUM MICKIEWICZIANAE POSNANIENSIS  
RECTOR MAGNIFICUS  
ET  
FACULTATIS IURIS ET ADMINISTRATIONIS DECANUS  
ET  
PROMOTOR RITE CONSTITUTUS  
COMMUNI OMNIUM UNIVERSITATIS ORDINUM CONSENSU  
IN  
VIRUM CLARISSIMUM AC DOCTISSIMUM


## IOANNEM CORNELIUM JOERDEN


IURIS CRIMINALIS PROFESSOREM  
IMPRIMIS IURIS CRIMINALIS INTERNATIONALIS ET COMPARATIVI  
ATQUE PHILOSOPHIAE IURIS IN UNIVERSITATE STUDIORUM VIADRINA  
FRANCOFURTI AD ODERAM  
EIUSDEM UNIVERSITATIS OLIM PRORECTOREM ET VICEPRAESIDENTEM  
NUNC UNIVERSITATIS SENATUS PRAESIDEM  
ATQUE CENTRI INTERDISCIPLINARIS REBUS ETHICIS INVESTIGANDIS  
CONSTITUTI DIRECTOREM  
QUI IURIS PERITUS VERE HUMANUS SUMMAE TOTO MUNDO IN SCIENTIIS  
AUCTORITATIS NON SOLUM SAGACISSIMUS EST IURIS INVESTIGATOR  
VERUM ETIAM MOBILIS ATQUE ACTIVUS STUDIORUM MODERATOR  
QUI PROFESSOR HOSPES IN PERMULTIS UNIVERSITATIBUS TAM DOMESTICIS  
QUAM EXTRANEIS PLURIMAS ACROASES FECIT ET LECTIONES  
QUI IN MULTIS MAGNI PRETII LIBRIS ET COMMENTATIONIBUS SCRIPTIS  
SUMMAM IURIS PRUDENTIAM ATQUE PERITIAM OSTENDIT  
QUI GERMANORUM ET POLONORUM COOPERATIONIS SCIENTIFICAE  
UNUS EX ARCHITECTIS DE NOSTRAE ALMAE MATRIS CUM UNIVERSITATE  
VIADRINA COLLABORATIONE PRAECIPUE EST MERITUS

### HONORIS CAUSA DOCTORIS


NOMEN ET HONORES IURA ET PRIVILEGIA CONTULIMUS IN EIUSQUE REI  
FIDEM HASCE LITTERAS UNIVERSITATIS STUDIORUM  
MICKIEWICZIANAE POSNANIENSIS SIGILLO SANCIENDAS CURAVIMUS

DATUM POSNANIAE DIE XX MENSIS FEBRUARII ANNO MMXV

  
BRONISLAUS MARCINIAK  
H.T.RECTOR

  
ROMANUS BUDZINOWSKI  
H.T.DECANUS



  
ANDREAS IOANNES SZWARC  
PROMOTOR